



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis
Præmonstratensis**

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

1. Nouembris. Qvarto Nonas Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

NATALES
SS. ORD. PRÆMONST.
MENSE NOVEMBRI
OCCVRRENTIVM.

i. *Nouembris.*

QVARTO NONAS NOVEMBRIS.

SOLEMNITAS Omnim San-
ctorum. Eodem die Com-
memoratio plurimorum
vtriusq; sexus ex Præmon-
stratensi Ordine Sanctorum. Qui
vocationis suæ grandis memores;
voluntati diuinæ, quæ est Sanctifi-
catio nostra, viriliter cooperati
sunt. Et quia DEO h̄ic in Iusti-
tia & Sanctitate veritatis placue-
runt,

runt, CHRISTI^Q; vestigia sunt secuti; ideo cum ipso regnabunt in perpetuas æternitates.

2. Nouembris.

QVARTO NONAS NOVEMBRIS.

PRAGÆ in Bohemia in regali Cœnobio Montis Sion vulgo Strahow dicto, Commemoratio Ill.^{mi} ac Reu.^{mi} IOANNIS Lohelij Sanctæ memoriae Archiepiscopi Pragensis. Qui in Teplensi Cœnobio Candum Institutum amplexus, viginti sex annis Strahouiensis Ecclesiæ quadragesimus tertius Abbas extitit, Vir verè Apostolicus, qui collapsam Monasticam disciplinam in Bohemia, Moravia, Silesia, & alibi diui-